

Mis en ligne par Elen Buzaré, le 19 octobre 2014 (dernière m.a.j. : 27 février 2018)



Anno 2008 orta est crisis argentaria et inde oeconomica, de qua multum disputatur ; oportet etiam Latine de his rebus tractare possimus. Quare nonnulla vocabula utilia infra proponimus :

- Finance (Angl. finance) : in omnibus fere hodiernis linguis adhibetur vocabulum ab hoc Francogallico vocabulo derivatum. In Francogallico sermone finance iam apparet XIII saeculo, ubi primum significat solutionem (vel pensionem), deinde opes pecuniarias. Ineunte XIV saeculo specialiter designat civitatis opes. A XVII saeculo designat motus negotiorum pecuniariorum.

Hodie finance significat : pecuniam privatam vel publicam gerere.

Etymologia est verbum finire, i.e. Latine finire ; solvere enim est finis negotii.

Ad sensum huius vocabuli Latine exprimendum Carolus Egger, lexicographus Vaticanus, secundum Ciceronem proposuit rem nummariam (de Off. 3,80) ; etiam dicitur ratio nummaria (Att. 10,12,2).

- Financier (Angl. financier) : in lexico Vaticano proponitur « rei nummariae peritus » ; hoc tamen est nimis longum ; nummarius, adiectivum tantum antiquitus, fieri potest idoneum substantivum. In lexico Renati Hoven (Lexique de la prose latine de la Renaissance) etiam invenitur recentius vocabulum financierius

- Banquier (Angl. banker) : argentarius (Ant.) ; recentius bancarius (Hoven).

- Homme d'affaire (Angl. businessman) : negotiator (Ant.).

- Crise (Angl. crisis) : vocabulum Graecum crisis commode adhibetur.

crise financière : crisis nummaria.

crise bancaire : crisis argentaria.

crise économique : crisis oeconomica.

- Bourse (Angl. stock-exchange) : in lexico Vaticano invenitur « nummorum mercatus » et « mercandis nummis sedes » (Bacci) ; sed ab ipso mediaevali tempore, quo haec novitas apparuit, invenitur vocabulum bursa,ae (Du Cange).

- Subprime (Angl. subprime mortgage/loan) : inferioris notae hypotheca.

- Federal Reserve : Aerarium Foederale.

- Intérêt (de l'argent) (Angl. interest) : fenus, oris ; usura,ae.

- Argent prêté (Angl. lent money) : pecunia mutua, pecunia credita.

- Déposant (Angl. depositor) : depositor (Ulp.).

- Hasardeux, incertain, dangereux (Angl. risky) : periculosus, lubricus.

- Prêter de l'argent (Angl. to lend) : pecuniam mutuam dare (Cic.) ; pecuniam commodare.

- Emprunter de l'argent (Angl. to borrow) : pecuniam mutuam sumere ab ; mutuari.

demander à emprunter : mutuum petere (Cic.) ; argentum mutuum arcessere (Sall.).

- Obligation (Angl. bond)(differt a « titre », eo quod certo termino tota pecunia data renumeratur et interea annum fenus fixum est) : syngrapha,ae (Cic.) obligatoria videtur esse locutio dilucida. Cumsyngraphas emere liceat sine nomine dato (« au porteur »), vocabulum « nomen » hic non convenit , sed fuit res frequentis usus apud Romanos.

- Titre (Angl. share) de participation ou de placement ( = action ou part sociale de société) :

collocatae pecuniae syngrapha (Bacci) convenit solum pro « titre de placement » ; quare aliud vocabulum propono, quod est titulus participationis (It. titolo).

- Titrisation (Angl. securitisation) : transformation des créances bancaires en titres i.e. in syngraphas mutare debita ; huius rei explicatio non est nomen ipsius rei ; quare mihi proponenda videtur titulatio (sensus neotericus).

- Capital : caput (Ant.)

- Taux de l'intérêt (lending rate) : usurae vel feneratoris ratio.

- Montage financier : compages nummaria.

- Confiance (Angl. confidence) : fiducia.

- Méfiance (Angl. diffidence) : suspicio.

- Croissance (Angl. increase) : incrementum.

- Récession, dépression (Angl. recession, depression) : recessus.

- Endetté (Angl. indebted): obaeratus.

Source: [Fondation Melissa \(Bruxelles, Belgique\)](#)